Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

non quod non est melius nisi le
tari & facere bene in vita sua. omnis
enim homo qui comedit & bibit
& videt bonum de labore suo hoc
enim donum dei est. T. Didici quod
omnia opera que fecit deus perseue
rant in eternum. nec non possimus
his quicquam addere nec auferre
que fecit deus ut timeatur. Quod
factum est ipsum permanet quod futura fa
cta sunt fecerunt. deus instaurat quod
abiit. Vidi sub sole in loco iudicii
impietatem & dixi in corde meo.
Iustum & impium iudicabit deus.
& tempus omni rei tunc erit. Dixi
in corde meo de filiis hominum. in
probarit eos deus. & ostenderet similes
esse bestiis. Tu. feria quita.
Idcirco unus interitus est homis
& iumentorum & equa utrisque con
dicio. sicut moritur homo sic
& illa moritur similiter spiraunt
omnia & nichil habet homo iumento
amplius. Cuncta subiacent vani
tati. & omnia pgunt ad unum
locum. de terra facta sunt. & in eam
pariter revertentur. T. Quis no
vit si spiritus filiorum adam ascendat
sursum. & si spiritus iumentorum descen
dat deorsum. Et deprehendi nichil
esse melius quam letari hominem
in opere suo. & hanc esse partem illius
Quis enim eum adducet ut post
se futura cognoscat. Verum nec ad
alia & vidi calumpnias sub sole
gerentur. & lacrimas innocentium. &
consolatorem neminem. nec posse
resistere eorum violentiae. cunctos
auxilio destitutos. & laudavi ma
gis mortuos quam viventes. felicio
rem utroque iudicavi. qui necdum
natus est nec vidit mala que sub
sole fiunt. T. Rursus contem
platus sum omnes labores homi
num & industrias animadver
tere invidie. primum. & in hoc quod
vanitas & cura superflua est. Dul
tus complicat manus suas. et
comedit carnes suas dicens. Me
lius est pugillus cum requie quam
plena utraque manus cum labore
& afflictione animi. considerans
rursum. & aliam vanitatem sub sole.
Unus est & secundum non habet nec filium
non fratrem. & tamen laborare non
cessat. nec satiantur oculi eius
divitiis. nec recogitat dicens. Cui
laboro & fraudo animam meam bonis.
In hoc quoque vanitas fit. vi.
est & afflictio pessima. melius
est ergo duos simul esse quam
unum. habent enim emolumentum
sociatus suis. Si unus ceciderit
ab altero fulcietur. Ve soli qui
cum ceciderit non habet subleuantem.
Et si dormierint duo fouebuntur
mutuo. unusquisque calefiet. Et si
quis prevalerit contra unum
duo resistent ei. funiculus triplex
difficile rumpitur. Melior est puer
pauper sapiens. rege stulto. qui nescit
providere in posterum. quod de carcere
exierit interdum qui regnet
ad regnum. & alius natus in regno
inopia consumatur. T. Vidi cuncta
viventes qui ambulant sub so
le cum adolescente secundo. qui con
surget pro eo. Infinitus est nume
rus plebis omnium qui fuerunt ante
me. & qui postea futuri sunt non
letabuntur in eo. sed & hoc vanitas
& afflictio spiritus. Custodi pedes